



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Formularium Episcopale

Barbosa, Agostinho

Coloniae Agrippinae, 1680

Formula IX. Litterarum testimonialium functionum exercitarum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10456

Christianè educatum, & in litterissatis proficentem. In quorum fidem, &c. præsentes mea manu subscripti hac die...

FORMULA IX.

Litterarum testimonialium functionum exercitariarum,

EGO N. Parochus, sive Curatus Ecclesiæ Collegiatæ, &c. vel Parochialis, &c. S. N. presentibus litteris testor, N. promotum Brachare ab Illustrissimo Archiepiscopo, D. Roderico à Cunha ad Ordinem N. & meæ Ecclesiæ consignatum, ut in ea ejusdem suscepti Ordinis functiones exerceret, ad præscriptum ejusdem Illustrissimi Archiepiscopi prædictas functiones singulis diebus Dominicis, festisque in eadem mea Ecclesia exercuisse. In quorum fidem, &c. præsentes mea manu subscripti, & sigillo Ecclesiæ prædictæ munivi, hac die.... Mens.... Ann...

Vide Concil. Bracharen. IV. art. 2. cap. 2. § 3.

FORMULA X.

Edicti pro examine Ordinandorum.

Sciant omnes, & singuli tam minores, quam maiores Ordines suscep- turi, & ad illos promoveri cupientes, Illustrissimum & Reverendissimum D. D. Rodericum à Cunha Atchiepiscopum Bracharen. feria..., qua erit.... hujus mensis.... sabbato, & feria.... sequentibus, & sic in qualibet hebdomada diebus prædictis usque ad diem celebrazioneis sacrarum Ordinationum in

Archiepiscopali palatio ad præscriptum Sacri Concilii Trident. adscriptis Sacerdotibus, & aliis prudentibus viris peritis div. n. legis, & in Ecclesiasticis functionibus exercitatis, examen Ordinandorum habiturum? Qua propter quicunque ad Ordines promoveri voluerint hora & diebus prædictis adiut personaliter, & examini se subjiciant, nam non nisi examinati & approbati ad Ordines admittuntur: Dat. Brachare Au. uslæ, &c. N. Vicarius generalis.

Deputati ad examinando eos quia ad Ordines, sive minores, sive maiores promoveri petunt, antequam ad examen articulorum veniunt, inquirant ab eo, qui ad examen accessit, hac sequuntur.

Quo nomine vocetur.

Cujus sit
Si Bracharense, aut diaconatu, & cuius sit Parochia?

An litteras habeat Parochi, in quibus testetur de denunciatione à seipso facta circa natalia, viram, & mores, quod debitis temporibus confessus fuerit, & communicaverit, quod doctrina Christianæ scholas frequentaverit?

An si ad minores Ordines promovendus est, habeat litteras à Magistro schole in qua educatur, aut instituitur, simili- ter devita, & moribus testimonium afferentes?

Si beneficium aliquod habet quale sit, cuius redditus, an Bullas habeat, quos ostendat, aut saltem legitimam fidem?

Si beneficium non habet, & ad titulum patrimonij promoveri petit, quod habeat patrimonium, & an litteras te- stimoniales patrimonij, & de bonis pu- blicatis